



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Hermenigildi Apologia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

OECONOMIA
orationis.

I. Exordium plenum miserationis, & prudens ad auertendam suspicionem seditionis, ne farè Petrus eximaret hanc popularem turbam, ad res nosuandas concitatam. In hac autem demissione longè magis ad inflammos animos, sunt idonei, quippe Canes sedentem non mordent.

II. Argumentantur à suis obsequijs, & morum lenitate, quod apud Præfitem erat efficacissimum. De hac autem genere benevolentia, & fide erga Principes, honorifica testimonia colligunt Josephus lib. aduersus Appionem.

III. Tradunt omnia, præter religionem, unam & maximam animorum opulentiam: inde in ardentes & tragicos affectus erumpunt, quibus vel ferreum pectus emolliant. Graciamen fabula de Gorgone, non multum facit ad grauiatem orationis, & olet stylum scholasticum, nisi vela eis apud Graculum hominem Gracis fabulus constitutus uos fuisset.

IV. Prudentia admodum consilio moram petunt, quam urgent acriter honestu rationibus. In istis plurimque malo-ruenti moram innescare, penitus amoliri est.

Subtexam hic apologiam Hermenigildi, qui apud Patrem Leuigildum, Gothorum Regem, causam dicit. Si quis rem plenius volet, legat si placet actionem oratoriam, à me de hoc argumento nuper editam.

HERMENIGILDI
Apologia.

LEVIG. *Age, licet tibi causam dicere, dilue si potes eas sceleris maculas, quæ tibi à sole ipso in os illud tuum importunum regeruntur.*

HERM. *Innocentiam meam, pater, declarare facile est, innocentia patrocinium inuenire difficile; Te unum ego in hac flamma inuidia, quæ me ictum & prope sumantem vides, habui, quem appellarem, quem obrestarer, qui fidem meam iniquissimis calumnijs vexatam credarem. Nunc autem te peracerbum accusatorem,*

feuerum iudicem, &c, quod crudelius est, patrem iratum experior. Tu me peccabisti ab hospitiali mensa & regijs epulis extractum, ornamenti exuis, vinciri, & huius calamitatis carceris tenebris mandari iustisti: veteor ne si me innocentem iterum dixeris, tuum iudicium, quod tempera grauissimum fuit, videat refellere, & dum in conscientia meæ patiocinari studio, paternam culpam accusem; quæ res mihi suppliciis omnibus acerbior semper visa est.

LEVIG. *Videre orationis insidias.*

HERM. *Tacebo igitur (mi pater) si iubes, & silentio premam conscientiam.*

LEVIG. *Eloquere, peruicax, eloquere: teos inauditos dampnare non solco.*

HERM. *Loquar igitur (mi pater,) quia ubes, non quid cur oratione aut silentio spem aliquid me effecturum: sed vt cum questes habuerit postremas sanguinis mei uictus uiribus infundam. Etenim si tantum hoc quicquid miseræ animæ reliquum esse voluisti, a meis calumniatoribus expretetur, datem cumiliamento ingulum, & sorem meum laetissimè propinpare: nunc autem hoc agitur, ut demotui cineribus quiescere non licet, sed ijs accusat: hoc si pater iniquum est, pero te, et filii moribundi ultimos gemitus æquis auribus excipias.*

LEVIG. *Age, tolle istam insidiosam orationem, die de crimine.*

HERM. *Non est hoc nouum crimen (mi pater) iam diu telam illam coniux tua Gessuatha, nobis vero nouera, semper infestos, quam eius dignitas postulabat, in me & fratrem meum molitur. Vt inam (si licet beatos manus sollicitare) parentis meæ demortua, tue vero augusta coniugis animam ad hoc tribunal adducere fas esset, filarem ego, & ipsa loqueretur: dicere, ut impendente fatali necessitate, quæ nobis illam mutram caelo, sed terrenam feminam eripuit, languentibus, ut poterat brachij me fratremque meum complexa, tibij genialem thorum, per casissimos amores, per contaminatae coniugij fæderas, communem bolem commendabat: Ea tunc eramus certate (mi pater) quæ sensum doloris vix admittit. Sed tamen ubi tuos rotantes oculos, & te moribundæ corpori afflum, dextramque prehendentem vidimus, non tenuimus infantiles lachrymas, quas & tuus dolor, & matris inter has voces explau-*

rantis obitus excusit. Tu verò nos in hac re-
centi orbitate tuo gremio appressos fouebas,
prohibebas flere, quod vix facere poteras, ma-
nantes lachrymulas tuis abstergebas digitis, te
nobis patrem præsidio, indulgentia matrem polli-
cebaris.

LEVIG. Hæc nihil ad crimen attinent.

HERM. Veniam (mi pater) veniam sta-
tim. Cœuit hæc tenella ætas in sinu tuo, &
se per annorum curricula ad auream iuuentu-
tem explicauit. Quis tibi tunc Hermenigildo
tuo charior? quis tuuior vñquam fuit? Her-
menigildo imperia mandabantur, per Herme-
nigildum bella gerebantur: ab Hermenigildo
populorum fœderia fanciebantur. *Omnia tibi
erat Hermenigildus.*

LEVIG. Alius tunc erat quād nunc est Her-
menigildus.

HERM. Placuit tunc maiestati tui, vt
supia ætatem animum ad nuptias adiicerem.
Quæsta est mihi coniux regia, Regis filia,
Regis soror, Regis neptis. Sed quæ regnum
omnium titulos, omnium imperiorum insi-
gnia sola vii tute superauit. Heu virgo misera,
quibus & quam indignis tua indole fune-
ribus eras reseruata! Cum hac igitur nouus
coniux nouis nuptijs copulatus, videbar om-
nium principum fortunatissimus, cui hæc cœ-
lestis forma obtrigister: Ego verò non tan-
flamas alebam cupiditas, quas vix illa æ-
tas ferre poterat, quam admirationem diuinæ
virtutis: Huius enim pietate, exemplo, do-
ctrina, magisterio fidem primum recepi, fa-
ctus illi *ex marito discipulus*; *ex coniuge prope-
filius.*

LEVIG. Mali corui, malum ouum.

HERM. Tu interim, mi pater, in secun-
das nuptias conuolasti. Inducta à te nobis
nouerca Goisynthia, Ariana mulier, potens,
acerba, imperiosa: Continuè mutata om-
nia, sordeat tibi amores pristini, nouæ &
subtilem flammæ se in senile pectus insou-
ant, liberi primi illius quondam sancti &
fælicis thori pignora, iam non sunt solatio, sed
tædio.

LEVIG. Seclerate, aedes etiam coram
hoc amplissimo senatu partis thoros incesse-
re?

HERM. Vera dico, per vnius mulieris fu-
rias nobis quiescere ne licet, proscindimur
calumnijs, agitamus te, o regno. Non somnus,
non vigilæ, non cibus insidijs vacuus. At cru-
delis fœmina, quæ patientiam tuam tentat at-

in minoribus, cœpit quoque in maioribus la-
dere. Vxorem meam hei mihi quanto cum do-
lore recordari cogor: angit, stimulat, vexat,
omnem effterati pectoris acerbitatem in hanc
vñam effundit. Iuber ut Christianam legem
repudiet: tum virgo, eo se genero natam respon-
di, ut mori p. si t facere nefariæ non possit, hac voce
(quæ quid glori: ius irritata, tot regum sobo-
lem incœlit pugnis, proterit calcibus, contun-
dit verberibus, ita ut multus è regio corpore
sanguis exireat.

LEVIG. Quando hoc auditum?

HERM. Duram habes aurem (mi Pater)
ad huiusmodi crimina, sed tamen neque hac
importuna & crudeli dementia contenta, im-
perat secessum facinus: Pudicum corpus ve-
stibus nudari, nudatum sensim in lacum perfrí-
gida tempestare mergi, donec illa fidem patri-
am eieraret. Hac barbarie nihil vñquam vidit
sol indignus. Demittebant in lacum innocen-
tissimam puellam carnifices, & paulatim qui-
dem, ut acerbis esset singulis membris doloris
sensus, funes, quibus ipsa tenebatur vincita, la-
xabant. Illa verò nihil de carnificina querebatur;
tantum debeat nuditatem: cumque moneretur
vele Arianam semel profiteretur, ad singulos
cruciatu s vna vox excipiebatur, *Christianam
sum, Christiana sum.*

Hanc nefariam crudelitatem, quam ferro
& fluminis prosequi iustissimum erat, toleran-
tia vincere constituimus, secessi cum vxore
in urbem, quam tu ipse pater donaueras. Sed
nouera, quasi ipsa grauem iniuriam accepis-
ser, quod ferrum nostris corporibus non im-
mergisset, tota vrbe insanire, bacchari, furere,
me quasi hostem patriæ, regni bustum, patris
interfectorem perulantissimis conuicijs inces-
lere. Utinam, mi pater, credulitas tua furiosis
eijs conuicibus nimis vxoriè non esset ancilla-
ta: verum in me iussu tuo toto exercitus pondere
concurrit, atque in *vnum caput 1677A*
& mari mundus armatur. Dabis hic veniam,
mi pater, quod si natura brutis animantibus
süadet, ut se, ut coniugia, ut sobolem, contra
vim tueantur, hoc facere tot furijs à nouerca
lacestris, conatus sum. Arma sumpsi, non
quibus te lacesterem, sed quibus me & regiam
coniugem contra impotentissimam, & cru-
delissimam mulierem tamdiu defendarem,
donec tibi rem causamque pleniū liceret ape-
rire.

LEVIG. Mentiris impostor..

HERM.

H E R M. Tector hic delubra cœlitum, araf, ue,
quas ego cum me inflammato animo prosequeretur,
postremus occupavi : vbi vidi hoc agi ut me iam
fuga tueri non posset, posset autem gladius, si
vellem quod lex naturæ iubet exequi, statui
me tuis pedibus insontem victimam potius
aduoluere, quam in tanta cause xquitare repu-
gnare. Vidiisti prostratum, iacentem exexisti,
erectum complexus es. Quid est quod gloriosi
illius operis lauream inflauit, nisi illius dolus
qua cum armis obruere non potuerit, per ini-
quissimum iudicium tentat precipitatem im-
pellere? En crimen, en causam cur cilicio indu-
tus, & ijs vincus catenis, quas tu prædonibus
referuabas, in tetro atque infami carcere mo-
ribundus iaceo.

L E V I G. Romanus non es.

H E R M. At Christianus sum & Romanus,
hoc enim postremum arguitur : habes in hac
parte (mi pater) confitentem reum. Hoc nempè
crimen est, ex quo reus gaudet, palli iudex, column
latatur, terrentur demones, contremiscunt inferi,
enius accusatio votum est, & pena felicitas.
Cuperem equidem centies, si liceret, pro hac
nominis gloria emori. Nam enim ad Dei laudes
predicandas unum os nimis angustum vide-
tur: concide corpus, velle, lania, tota ora vide-
buntur esse, quot erant vulnera, & per sanguinis
riuos effusus spiritus, purpurata in cœlum via
quam primum euolabit.

L E V I G. Furiole, nemo contemnit vitam, nisi
qui desperatus vivit.

H E R M. Pœnitet me Arianum vixisse, tunc
(fateor) desperatus vixi.

L E V I G. Nunc autem fatus, & vecors viuis,
degener.

H E R M. Niwo mi pater, in cilicio splendidus, in
vincula liber, in carcere speciosus.

L E V I G. Hic tuus splendor, tua libertas, tua
species est, si me & vxorem meam conuicijs
arrodas.

H E R M. Imò (pater) te tanquam Regem, do-
minum, patrem, semper honoraui, timui, ve-
neratus sum. Tu vero vxori bonam mentem,
& nihil aliud sum precatus.

L E V I G. Satis habet mentis ad tuos conatus
opprimendos.

H E R M. Nimis fateor, & hoc dolendum
est.

L E V I G. Secede, secede, de tuo capite delibe-
ratur.

Agite patres sapientissimi, deliberate cui
spei tam importunum animum referue-

mus.

P R I N C E P S I. Tanta est, ô Rex potentis-
simus, eius negotij moles, & tam lubrica mate-
ria, vt quantū prudentia, que diuturno rerum
vnu concaluit, conseruit ad dicendum fiducia;
tantum rei nouitas, & magnitudo stuporis
afferat. Nulla de capite, vel hominis vilissimi
præceps est debet lententia. At vero cum de
Regis sobole, & de eo filio deliberetur, in quo
tua declivis aetas & Gothorum salus conqui-
scere videbatur, magis referre arbitror, vt
qua a te constituentur, tantò fiant considera-
tus, quanto periculum est in errore pernicio-
sius. Duas, vt video, controversias acculario cō-
plectitur, quarum altera perduellonis, altera
superstitionis. Et in prima quidem qua mihi
grauior vīla est, atroces iuuenis querimonia
fuerunt, quibus omnem armorum inuidiam
in Goisyntham Nouercam deriuauit. Mihi
quidem, ô Rex, de Augusta coniuge tua tam
mirifica insedit opinio, vt nihil addi possit am-
plius: Sed tamen quantum veterum replicare
temporum memoriam mens nostra potest,
video per Nouercas sèpè faces importatas,
quibus florentissimæ ardent familiæ. Tuie-
rit iudicij liquidius videtur, an Goisynthæ Re-
ginae oda priuigium ad hæc arma compul-
runt: certè quod in te iniquo non fuerit ani-
mo, facit vt credam, redditus celeritas, & in hac
postrema qua tibi cum illo fuit congregacione
fiducia. Habet hoc implicata scelere conscientia,
vt omnia reformidet, ruta ipsa timeat, &
si folium increpauerit, expauescat: nihil vero
in hoc congreſu vidi simile, exporrecta iuue-
nis facies, latuus atque hilaris vultus, plenus
in te animus fiducia, plenus amoris cerebratur,
si modo in oculis ranguam in accurassimæ
nature specula mentis simulachra delibamus.
Proinde considerandum est etiam atq; etiam,
an ea qua circumfertur in literis atrocitas, se
istis moribus illeuerit. Quod vero ad super-
stitionem Romani nominis attinet, non est, ô
Rex, mirum, cum illi Christianam vxorem, &
Gallam coiunxeris, si hæc in virum cum ipsis
cupiditatis facibus religionem transfuderit.
Ceterum nemo prudens gladijs & hastis nu-
minum merum in hominum animis defigit, vt
trique potius doctore opus est, quam carnifice.
Quos tu nunc vides istius religionis calen-
ces studijs, inflammatos animo, ardore prope
ignitos, ætas flectet, vsus leniet, prudentia tua
mitigabit.

L E V I G. Quid censes?

P R I N-

PRIN. II. Si ea esset Rex optime Hene-
magildi audacia, ut sui scelus integrumentis
posset esse contenta, ego quidem & in hoc ne-
gotio cunctandum arbitrarer, & alijs suade-
rem, ut rem quam accuratissimè perpende-
rent. Nunc autem cum in apertum tetricumque
facinus eruperit, quantum illius vitæ addi-
tur, tantum tuæ, qua nihil in hoc orbe terra-
rum pretiosius, detractum puto. Non est is
reus cuius non sit formidanda potentia, non
est hoc crimen cui debetur impunitas, non
est hoc regnum quod tantum dedecus ferat,
non est denique is iudex qui se puerilibus la-
chrymis à iustitiæ cursu detorqueri patiatur.
Omnia ut vides iura diuina & humana pol-
luit, excidit, funestauit: Defensor patriæ, trans-
fuga religionis, patris interfector, ne sibi quidem
id reliqui fecit, ut sanabilem plagam infligeret:
Sed inaudita contumacia, remedium tuæ clem-
entiae in suum vertit scelus. Arma in patrem
sumpsit, nec regni sanctitas, nec ætatis vene-
randa canities, nec parentis nomen, nec vox
ipsa naturæ furiosum iuuenem ab infestis co-
natiibus repressit: Tamdiu stetit in acie, quam-
diu potuit, ubi se desertum à suis, inuisum
alienis, posteris execrandum vidit, irrepsit ad
patrem, ut latrocinium in beneficium conuer-
teret. Nunc autem ne minus audax ad perpe-
trandum facinus quam ad defendendum im-
pudens videatur, in noueram feminam illa-
trissimam, & patris amores sui furoris consilia
deriuat. Inauditares es, miser crudelis qui in
vinculis audet castos patris thalamos infecta-
ri, quid faciet in purpura? qui in his cento-

nibus alit superbiam, quid facturus est in At-
tico? qui reus minatur in carcere, quid effi-
ciet dominator in regno? Spreta Gothorum
religione in Romanorum superstitionem per-
fugâ transvolauit, cum patris hostibus contu-
lit consilia, ipsi se administrum, socium, fa-
tellitem præbuit; Quærit pater, ut nefarium
Sacramentum rescindat, negat, persilvit in con-
tumacia, & nos mollioribus sententijs pergi-
mus eius austriacam alete, ut nobis in posterum
deliberandi facultas eripiat, illi patrandi
concedatur. Censeo igitur & Rex, quod è te
tua esse attribitor, ut si Hermenigildus in super-
stitione contumax esse pergit, paterna seueri-
tatis stimulus experiatur.

PRIN. I. Quid vim affers naturæ sine Pa-
trem, Patrem esse.

PRIN. II. Sophron, Pater est Leuigildus
Pater regni, non iugenis facinorosi. Quasi ve-
to ignota non sit parentum in filios seueritas.
Cartallum audiuius maximæ animi iuue-
nem quod patris miseras contempnsisset, &
eius moesta ac lugentia castra circumfluenti-
bus quiete felicitatis insignibus intrasset, à
patre, utrum erat vestibus, auro, & pictura
fulgentibus, atque insigni corona radiato ca-
pite, in altissimam crucem fuisse suffixum.
Scimus Torquati iuuenis viætorem spiritum
quod patris iniussu pugnasset & viceret, pa-
tris imperio exhaustum, & domestica fortis-
simi imperatoris calamitate sanctum decus
publicæ disciplinæ. Nos vero in istis
sceleribus iubes conui-
uere!

Finis libri Decimi tercij.

Vuuu

THE O-